



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De  
Contractibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDCCXXXIII.**

**VD18 90392159**

Quid dicendum de seductore mulieris non Virginis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40993**



xit, cum videret eum non posse licite nuptias promittere; nisi forte ipse ei persuaserit se facile obtenturum dispensationem, quo casu tenetur eam sibi comparare.

*Quid dicendum de seductore mulieris non Virginis?*

*Resp.* Patet ex dictis. Itaque qui viduam honestam, vel mulierem ab alio corruptam, sed quæ passim virgo habebatur, promissione matrimonii etiam simulata seduxit, tenetur eam ducere, si ipsa velit: nam hæc promissio facta est in modum contractus, *do, ut facias*: cum mulier det sui corporis usum, ut ille promissa perficiat. Quòd si fictè promisit, adhuc tenetur: quia tenetur tollere deceptionem, & injuriam illatam. Si autem vi, aut fraude sine tali promissione seduxit, tenetur antè sententiam judicis damna inde secuta compensare, cum sit iniusta illorum causa.

*Q. 2. Ad quid tenetur, qui sub promissione matrimonii consanguineam violavit?*

Sic respondet De Lugo, Si impedimentum sit tale, in quo Papa nunquam soleat dispensare, ut inter consanguineos in I. Gradu transverso, vel certè in quo non soleat dispensare, nisi ex gravissima causa, qualis tunc non datur; tunc promissio est invalida propter impossibilitatem rei promissæ: ac proinde solum erit obligatio satisfaciendi, & resarciendi damnum

alio